

Die Markgrafen Friedrich, Friedrich, Johann und Albrecht von Brandenburg an Nikolaus V. (Supplik). Bitte um Annullierung des durch NvK erlassenen Judendekrets.

Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Suppl. 456 f. 161<sup>ro</sup>.

Erw.: Abert-Deeters, Repertorium Germanicum VI 128 in Nr. 1259.

NvK habe als apostolice sedis legatus Bestimmungen gegen die in ihren Ländern weilenden Juden erlassen, daß sie nämlich certa signa zu tragen hätten, durch die sie den Christen kenntlich seien, und daß ihnen das Zinsgeschäft verboten sei. Cum autem novitas delationis signorum ipsis Iudeis verecundosa sit nec ad hoc conferre videtur, ne ipsi propterea a sua perfidia respiscant, huiusmodi eciam usurarum prohibitio multis christifidelibus dampnosa reddatur, quibus per eam tollitur aliquando suarum egestatum relevamen et aliquando negotiandi et conditiones suas meliorandi facultas, ipse eciam constitutiones aliis respectibus in dampnum et dispendium cedunt marchionum eorundem, darum bitten diese, der Papst möge die novitates et constitutiones widerrufen und für ungeschehen erklären. — Nikolaus V. billigt mit: Fiat quod servetur ius commune.

<sup>1)</sup> Datum der Billigung.

NvK an die Pröpste, Prioren und Priorissen der Regulierten Augustiner-Chorherren und -Chorfrauen in den Provinzen Mainz und Magdeburg. In Ergänzung zu der von seinen Visitatoren, den Pröpsten von Neuwerk bei Halle und von St. Moritz in der Stadt<sup>1)</sup>, eingeleiteten Reform der Augustiner-Chorherren und -Chorfrauen in beiden Provinzen gibt er weitere Anordnungen über die Feier der Generalkapitel, zur Fastenordnung, zum Ordinarius, zur Beichtpraxis, zur Befreiung vom Interdikt, zu den Absolutionsvollmachten der Ordensvorsteher, über die Zulassung Illegitimer und die freie Wahl von Konsekratoren; er bestätigt die bisherigen Statuten und setzt die Ebb. von Mainz und Magdeburg sowie den B. von Hildesheim zu Protektoren der Reform ein.

Kop. (1453 I 19 als Insert in einer Kundgabe durch Fredericus Rodeleeff, Generalvikar Eb. Friedrichs von Magdeburg, dem Hermannus Riid, Prior von Neuwerk, die Urkunde des NvK vorlegt; s.u. Acta Cusana II unter diesem Datum): WOLFENBÜTTEL, StA, 17 Urk. 159 (schlecht erhalten, durch die kürzliche Restaurierung noch unleserlicher geworden als auf der uns vorliegenden älteren Fotografie).

Erw.: Schwarz, Regesten 460 Nr. 1845.

Zunächst wie Nr. 1054. Abweichungen: 5 ardere se: fervere 8–9 reperitur: reperiretur 11 eciam fehlt occupati: prepediti ad — loca: huiusmodi visitacioni 12 accedere: interesse valemus: valuimus nostros fehlt 12–13 compellimur: compulsi 13 nequimus: nequivimus und von hier ab in folgender neuer Textform:

5 venerabilibus in Cristo patribus eiusdem vestri ordinis Nouioperis extra et sancti Mauricii intra muros oppidi Hallensis monasteriorum prepositis Magdeburgensis diocesis tanquam nostris veris commissariis auctoritate apostolica visitacionis huiusmodi officium imposuimus eosque ad vos et singula monasteria vestra utriusque sexus in literis commissionis nostre in concilio provinciali Magdeburge editis eisque traditis in  
10 prefatis provinciis nominatis fundatis et expressis ad ipsum plenarie exercendum cum omni facultate ad hoc necessaria transmisimus. Qui quidem nostri commissarii prefati mandatis apostolicis aures inclinantes, omnia et singula, que in vestro ordine a regula

<sup>1)</sup> S.o. Nr. 1429 von 1451 VI 28.

ac vestra religione devia esse compererunt, emendare curantes, quam plures ex vobis proprie salutis memores oculata fide conspexerunt, unde merito exhilarati talibus salutis vestre auspiciis congratulamur, relatione veridica fidedignorum intelligentes vos 15 aures obediencie voci vestri pastoris ad ovile regularis observancie vos vocantis inclinasse atque eosdem visitatores nostros commissarios uti apostolicos visitatores et nuncios cum omni reverencia et obediencia, quibus apostolice sedi estis astricti, suscepisse et diligenter, ut tenemini, nostras ordinationes per ipsos executas deinceps vos observaturos decrevisse. 20

Quapropter ex quo talis tamquam sincera obediencia vos prefatos reformatos ac reformari volentes nobis reddit multipliciter gratos et acceptos, ita ut merito graciis et beneficiis vos fovere debeamus ac pericula remove, pro vestre religionis dietim ampliori incremento auctoritate legacionis statuimus et ordinamus, quod singulis annis loco et tempore secundum formam statutorum in litteris commissionis nostre expressam generale celebretis capitulum. In quo quidem generali capitulo prepositus Nouioperis presidere debeat et cum diffinitoribus eiusdem capituli singula disponere et ordinare, diffinire, constituere, destruere et interpretari necnon visitatores monasteriorum utriusque sexus capituli predicti deputare, prout secundum deum et sancte reformationis profectum noverit fore proficuum, servato in omnibus modo in libro primo 30 constitucionum vestrarum prefatarum de huiusmodi capitulo servando expressato, salvis nichilominus hiis, que in litteris commissionis nostre prenarratis diligenter sunt expressa.<sup>2)</sup>

Statuimus insuper et ordinamus, quod a festo Omnium sanctorum usque Pascha septimanatim feriis secundis, quartis, sextis et sabbato regulare ieiunium diligenter observetis, que nonnisi propter causas in statutis vestris predictis expressatas solvi permittimus. Quo quidem tempore a festo Omnium sanctorum scilicet usque Pascha tam in choro divina celebraturi quam eciam in refectorio tempore refectionis vel collationis pro tempore cappis suis induti a dominica vero prima Adventus domini inclusive usque ad festum Nativitatis Christi et a dominica in Quinquagesima exclusive usque 40 Pascha, secundum formam in statutis vestris expressam ieiunia regularia et ecclesiastica diligenter et stricte volumus per vos predictos observari.

Permittimus insuper, quod omnes utriusque sexus vestri ordinis et capituli conventus vobis incorporati et incorporandi ordinarium divini officii ecclesie Nouioperis prefate possint observare preter notarum tamen in cantu immutationem, nisi aliquod 45 monasterium in toto aut in parte huiusmodi notas sponte velit assumere. Quem quidem ordinarium capituli vestri predicti volumus nuncupari. Fratribus vero ad reformandum missis, ut in horis dicendis et solvendis eis, ad quos reformandos missi et deputati fuerint, se conformare possint, permittimus premissis non obstantibus, utilius ac melius semper fore decernentes unitatem in divino officio in ordine vestro observandam. 50

Reformatores vero huiusmodi utriusque sexus vestri ordinis monasteriorum per nostros commissarios deputati vel deputandi vel deinceps per vestrum generale capitulum ordinandi plenam habeant auctoritatem sine quacumque excepcione monasteria eis commissa secundum regulam sancti Augustini ac constitutiones vestras predictas 55 reformandi. Quibus et auctoritatem damus, quod tam fratrum quam eciam quorumcumque eorundem monasteriorum subditorum confessiones possint recipere ac eciam

---

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 1429 Z. 8f. mit Anm. 1.



eosdem in casibus ordinariis locorum reservatis [abso]lvere, ita quod nemo alius e fratribus de huiusmodi confessionibus recipiendis atque ab huiusmodi casibus absolven-  
60 dis sine prefatorum reformatorum ac etiam commissariorum nostrorum consensu aliquomodo se intromittat. Unde et confessionalia per quosdam fratres in animarum suarum periculum et sancte reformationis preiudicium quacumque auctoritate impetrata penitus cassamus et reprobamus ac nullius roboris et momenti fore decernimus, premissa volentes etiam ad monasteria sanctimonialium vestri ordinis reformata ac reformari  
65 mari volencia plenius extendi.

Singule insuper persone utriusque sexus monasteriorum vestri ordinis atque capituli, tam clerici, conversi et donati quam etiam familiares atque continui commensales suis prelati reformatis nichilominus possunt confiteri et per eosdem in casibus reservatis prefatis absolvi. Quod etiam de manuum violentarum iniectoribus vestri ordinis  
70 in clericum volumus intelligi, enormi dumtaxat vulneracione ac membrorum mutilacione dempta et excepta. Unde et in votis singulares peregrinaciones et abstinentie quorumcumque suorum subditorum huiusmodi prelati possunt dispensare et in alia pietatis opera huiusmodi vota commutare.

Insuper permittimus et dispensamus, quod tempore generalis interdicti quacumque  
75 auctoritate positi vos atque vestri premissi in monasteriis dicti capituli vestri divinis possitis interesse, ita quod layci ac vestri continui commensales temporibus in statutis vestris taxatis ecclesiastica sacramenta possint percipere ianuis tamen ecclesiarum vestrarum clausis et excommunicatis ac interdictis vel, qui huiusmodi interdicto occasionem prestiterunt, eiectis penitus et exclusis. Corpora tamen vestrorum premissorum  
80 ac vestra decedencia eo tempore sine solempnitate ecclesiastica tradi volumus sepulture.

Quodque prelati vestri ordinis et capituli deinceps de triennio in triennium absol- vere possint sibi subiectos eos videlicet, qui vel infirmitate tacti ac senio gravati vel etiam in nocturna vel diurna synaxi involuntaria sompnolencia pressi horas canonicas  
85 ac alia divina officia syncopando persolverunt, similiter et eos, qui dudum ante huiusmodi regularis observancie ritum etiam ad subdiaconatus gradum promoti horas canonicas non solverunt vel truncate peregerunt, iniuncta premissis pro huiusmodi excessibus penitencia salutari, auctoritate prefata permittimus.

Hii vero, qui de solutis personis fuerint procreati, ad habitum religionis per vos  
90 prefatos assumpti et deinceps in futurum assumendi, si tamen suis vita, sciencia et moribus abiles et ydonei fuerint reperti et nequaquam paterni sceleris imitatores, quod ad sacros ordines seu etiam quecumque regularia officia propriis eisdem virtutum meritis ad id suffragantibus legitime possint promoveri huiusmodi natalium defectu non obstante, similiter admittimus.

Ordinarii vero locorum seu eorum in pontificalibus vicarii si vos ac vestra gratis ordinare, consecrare et benedicere voluerint, quod tamen ad alios catholicos episcopos vos ac vestra possitis transferre, decernimus non obstante, quod litteras dimissoriales petitas non obtinueritis.

Permittimus insuper, quod lectores ad prandium vel cenam tempore ieiuniorum ec-  
100 clesie vel regularium gentaculum possint prelibare.

Ceterum quia ad hoc precipue auctoritate apostolica cura vestri ordinis reformandi nobis est commissa eoque ceteris ordinibus tam in habitu quam etiam quocumque regulari ritu a primordiali sua institucione amplius videtur deviasse, ut deinceps religionem ac conversacionem deo placentem iam noviter registratam propensius propagare

possimus, statuta vestra predicta ad quatuor partes parcialesque libros extensa remit- 105  
tant. Tamen in eisdem officiorum nominibus ac aliis quibusdam moribus patrie ac re-  
gionis vestre non consentaneis debite correctis, ordinatis et dispositis approbamus et  
confirmamus, quodque statuta sive constitutiones capituli vestri prefati nuncupentur,  
decernimus.

Ne autem quisquam, quacumque auctoritate prefulgeat ac cuiuscumque condicionis 110  
existat, hanc sanctam ac deo placentem vestri ordinis reformationem impedire valeat  
ac disturbare, reverendissimos in Cristo patres ac dominos Maguntinum ac Magdebur-  
gensem archiepiscopos, insuper et reverendum in Christo patrem dominum episcopum  
Hildensemensem et unumquemque eorum in solidum huius reformationis protectores  
constituimus, ita quod per prepositum Nouioperis vel capitulum vestrum prefatum 115  
tanquam protectores requisiti per censuram ecclesiasticam universos et singulos refor-  
macioni huiusmodi impedimenta moliri presumentes compescant, invocato ad hoc, si  
opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Vobis vero huiusmodi reformationis fautoribus, protectoribus et procuratoribus ac  
universis et singulis prefati ordinis professoribus precepta ac statuta regularia vestra 120  
predicta apostolicaque decreta observantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quati-  
nus et hic fructum bone actionis recipiatis et apud districtum iudicem premia eterne  
pacis inveniatis, salva semper in premissis metropolitani ac dyocesani episopi cano-  
nica iusticia, insuper et litteris nostris presentibus una cum privilegiis in eisdem ex-  
pressis in suo robore perpetue duraturis. 125

**zu <1451 November 26 und Dezember 3>, Mainz.**

**Nr. 2038**

*Bericht des Johannes Busch in seinem Liber de reformatione monasteriorum über die Verab-  
scheidung der von NvK für die Kirchenprovinz Mainz getroffenen Anordnungen auf dem Main-  
zer Provinzialkonzil und über die dem Provinzialkapitel der Regularkanoniker zu Neuwerk  
durch NvK erteilten Privilegien.*

*Kop. (s.o. Nr. 976): M f. 39<sup>v</sup>; K f. 62<sup>r</sup>; H f. 31<sup>v</sup>; B p. 108f.*

*Druck: Leibniz, Scriptores II 829; Grube, Johannes Busch 471.*

*Erw.: Koch, Umwelt 141.*

*NvK, der Eb. von Mainz und alle Bischöfe und Prälaten der Provinz Mainz haben auf dem Konzil ad  
omnia per cardinalem in provincia illa ordinata zugestimmt, indem der Erzbischof und die Bischöfe auch  
selber die Beobachtung dessen befohlen und NvK alles bestätigte. Ihm, Johannes, dem Doktor Paulus sowie dem  
alljährlich am Sonntag nach Kreuzerhöhung zu feiernden Provinzialkapitel von Neuwerk habe NvK ebendort  
plura notabilia privilegia per litteras et bullas sigillo suo maiori sigillatas erteilt, que in Nouo Opere 5  
cum ceteris instrumentis sunt reposita.<sup>1)</sup>*

<sup>1)</sup> *Aus der Zeit des Mainzer Provinzialkonzils ist bisher aber nur Nr. 2037 bekannt.*

**1451 November 26, Mainz.**

**Nr. 2039**

*NvK an die Pröpste der Kollegiatkirchen in Stuttgart<sup>1)</sup> und Sindelfingen<sup>2)</sup> in der Diözese  
Konstanz. Er beauftragt sie, die Inkorporation verschiedener Pfarrkirchen, namentlich der  
Pfarrkirche zu Ehningen<sup>3)</sup>, in die Kartause Güterstein<sup>4)</sup> auf ihre Rechtsgültigkeit zu prüfen  
und sie gegebenenfalls zu bestätigen.*